



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Soleas tantum in usu apud Hebræos veteres fuisse conjicitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

adeo certū est. Nihil enim occurrit in sacris monumentis de forma calceorum, atque unicam vocem tantum habent Hebræi, qua calceū vocant. Hæc vero quale designet calceamenti genus non adeo constat, cum variè reddant veteres interpretes. Hebræo *לַחַיִּים* maxime apud Jonathanem in Legem, & in Targum Hierosolymitano respondet *לַחַיִּים* vel *סַנְדָּאָלִיּוֹן* *sandalium*. LXX. Interpretes modo *ὑπόδημα* modo *συνδάλιον* vertunt, quomodo Vulgatus modo *calceamentum*, modo *caligas* habet. Nos vero putamus non inanibus conjecturis adstrui posse *calceos* Hebræorum *soleas* fuisse, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cum cætera prope nuda & teretibus habentis juncta sint, uti *soleas* Agellius describit.

Agel. lib.
13. cap. 20.

III. Ut simplicissimum & ab omni ambitu quam maxime remotum, ita antiquissimum calceamenti genus fuisse *soleæ* videntur. Prisci mortales, ut contra sentium & lapillorum & aliarum asperitatum injurias pedes munirent, ex corio bubulo, vel aliorum animalium pellibus

F 7

parti-